

Michael Foertsch Tobias Wasser

Dissertatio De Regimine Dei Per Leges Ex Scriptura S. Et Analogia Fidei Deducto Et Vindicato : Cuius Primam Partem

Tubingae: Reisius, 1700

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788078461>


Druck Freier  Zugang







54.

Fa - 1092 (54.)







DISSERTATIO

De

REGIMINE DEI
PER LEGES

EX SCRIPTURA S. ET ANA-
LOGIA FIDEI DEDUCTO ET
VINDICATO;

CUJUS PRIMAM PARTEM
DEO Volente,

SUB PRÆSIDIO

DN. MICHAELIS FÖRTSCHII,
SS. Theol. D. Prof. P. Ecclesiæ Tubing. Decani,
& Stipendii Ducalis Superintendentis.

Publicè defendet

in Aula Nova

die Maji Anno M D CC.

TOBIAS WUSSEN/ Sereniss. PRINCIPIS
Oettingensis Alumnus.

TUBINGÆ,

Typis JOH. CONRADI REISL.

35.

20

69

68

67

66

6

6

59

58

57

56

53

52

DE REGIMINE DEI PER LEGES EX
SCRIPTURA SACRA ET ANALOGIA FIDEI DE-
DUCTO ET VINDICATO.

§. I.



Divinae Majestatis indolem haud intellexit Epicurus, dum scripsit: *Existimare non oportet aut motum caeli aut aestivam hybernique Solis Conversionem aut Solis Lunaque defectum aut ortum occasumque astrorum aut alia huiusmodi ideo fieri, quod sit praefectus aliquis, qui sic disponat, disposueritve ac simul beatitudinem immortalitatemque possideat, non enim cum facilitate congruunt negotia apud Gassend. Syntagm. Epic. Phil. Rectius Lucilius Balbus apud Ciceronem l. 2. de natura Deorum: Aut negandum est, Deos esse, aut qui Deos esse concedunt, fatendum est, eos aliquid agere, idq. praclarum. Nihil autem est praclarum mundi administratione, Deorum igitur gratia & consilio administratur mundus. Neque enim actio & operatio divinae Majestati ac beatitudini adverlatur. Profecto Epicurus quasi pueri delicti nihil cessatione melius existimat: At ipsi tamen pueri etiam cum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur: Deum sic feriatum volumus cessatione torpere, ut si se commoverit, vereamur ne beatus esse non possit? Hec oratio non modo Deos spoliat actione divina, sed & homines inertes efficit, siquidem agens aliquid ne Deus quidem beatus esse possit, ut idem l. 1. de natura Deorum Conf. plura ibid, utpote ubi ex professo contra Epicuream istam disputat hypothefin. Sed nec immortalitati Dei nocet actiuosa vita. Non enim venis, & nervis, & ossibus continentur Dii, nec iis escis aut potionibus vescuntur, ut aut nimis concretos humores colligant; nec iis corporibus sunt, ut aut casus extimescant, aut itus aut morbos metuant, ex defatigatione membrorum; nec agunt cum labore operoso & molesto, ut id. l. c.*

§. II.

Quin potius ex adverso natura divina per se est actuosa, videamus, inquit, Cicero, de beato (Deo) sine virtute certe nullo modo, virtus autem actuosa. Non potest utique Deus absque sancta iustaque voluntate concipi, etiam seposito creaturarum respectu. Quid enim num erit

A

non

ASSERTIO

PRIMA.

DEVS ante
Rerum crea-
tionem non
quiescit: ex S.
Script. & ra-
tione. Verbis
eruditorum
gentilium
probat.

non justus, non sanctus? atqui ista axiomata & attributa divina: justitia, sanctitas suâ naturâ sunt actuosa: Illa enim justitia summa in Dei voluntate reposita est, non certè otiosa sed æternum operosa: & ista sanctitas est summa quædam puritas, & ab omni labe libertas actuosa. Neque tamen displicet nobis *Augustini* moderatio, quam *Lutherus* approbat in *Comment. in Gen. ad cap. 1.* Omittamus quæstionem, quid Deus ante principium mundi fecerit, quieveritne anno? ad quam respondisse quendam refert, Deum præparasse infernum curiosè scrutantibus, scil. ut eluderet violentiam quæstionis. Placet ergò *Augustini* modestia, qui profectò candidè dicit, se in hujusmodi quæstionibus contrahere sui ingenii vela, quia etiamsi in infinitum speculemur & disputemus, tamen manent ea incomprehensibilia. Quodsi etiam illa quæ videmus & gerimus, non satis planè intelligimus, quando minus hæc assequemur, quid enim extra tempus & ante tempus fuisse statuas? aut quid Deum antequam tempus esset, fecisse cogitabis? quare abjiciamus ista & sentiamus, Deum ante conditionem mundi fuisse incomprehensibilem in suâ essentiali quiete.

§. III.

His non obstantibus, integrum erit asserere, non fuisse Deum ab æterno sine operatione: Quod non tantùm ut probabile sed omnino certum ac firmum affirmant Theologi orthodoxi, duplici imprimis ratione nixi, quarum UNA petita est ab operibus *ad intra*, ut loquimur in Scholis nostris Theologicis, Deus enim ab æterno genuit filium, quod hoc loco ceu alibi demonstratum supponitur; altera desumitur ab operibus, quorum terminus & objectum extra Deum est positus, veluti quod electi Dicimur in Christo ante jacta fundamenta mundi *Eph. 1. v. 3.* Ex quo patet, ab æterno jam circa salutem hominum occupatum esse atq; actuosum. *Conf. B. Thumm. in impiet. Weigeliana tit. de Trin. p. 63.* Add. è Reform. *Crotius* in Anti-Weigelio cap. 2. de Deo quæst. IV. unde haud admitti potest illa assertio Weigelii: *Aus diser dreysfachen Betrachtung findet sich auch die Erkenntnis, wie Gott würcklos sey vor der Schöpfung.*

§. IV.

ASSERTIO. Cæterum postquam semel Numen Divinum eo modo cœpit agere & operari, ut aliquid extra se produceret, fieri non potest quin curam gerat illius creaturæ suæ & ad justos fines dirigat. Id enim pars quædam est bonitatis & perfectionis, quod inde apparet, quod non tantùm homines quippe intellectu conditi, sed & aves, fera, quadrupedes, quibus ali-

quid

Postea creatione, non potest nō Regimen divini consistere.

quid est quasi viceintellectus, curam habent eorum, quæ à se producta sunt: quæ perfectio & pars bonitatis à Deo removenda non est, eoque magis quod sit ipse omniscius & omnipotens, ita ut non possit non cognoscere ea, quæ aguntur & quæ agenda sunt eaque ipsa temperare ac facillimè dirigere. Uti rectè *Grotius* breviter & summam in libell. V. R. C. p. 21. prolixius Theologi nostri passim. Quid, quod cum aliquid non fecisse nulla sit injuria, non curare autem quid feceris, summa inclementia, ut *Ambros.* de Officiis l. 13. Nec natura earum dignitatum & axiomatum queis Deum ut infinitum, immensum & omnipresentem concipimus patitur, ut quicquam extra Divinum nutum sensum motumve existat, unde licet ab opere creationis quievissè dicatur à Mose, non potest non tamen concipi, ut maximè actuosus & operosus in providendo nimirum conservando, cooperando, dirigendo & gubernando.

§. V.

Igitur ipsa illa divina natura veluti fons est curæ & regiminis non tamen absolute sed suppositâ creaturâ. Unde cum in arbitrio Dei positum fuerit, aliquid extra se producere & creare: salva & essentia sua & perfecta beatitudine id facere poterat vel omittere; Ipsum quoque Dei regimen absolute & seposita creationis hypothese ex merâ destinatione divini arbitrii fluxissè censetur: Quemadmodum & id liberrimæ dispensationi Numinis tribuendum est, quod ista & non alia, intra tamen decorum Divinum ratione regimen suum exercent: nimirum primum & supremum fundamentum divinæ regiminis est infinita Dei bonitas, cujus velut impulsu creaturas hominem præsertim condidit, eâ lege, eoque ordine deinceps gubernandum & dirigendum, quem ipsi ordinando indiderat, quemque potè Deus honori suo congruum judicat. Luculento Christianam sententiam Commentario illustravit *Hierocles* ad *Carmina aurea Pythagoræ* pag. 20. interprete *Curterio* ubi ait: non causâ alia rationi contentiens rerum omnium creationis adferri potest, quam quæ ab essentiali Dei bonitate proficiscitur, est enim bonus Deus natura ipsa neque in eum, qui bonus est ulla unquam ullius rei cadet invidia, quæ enim alia præter bonitatem creandi universalis hujus causâ afferuntur, mortalium necessitatibus potius quàm Deo conveniunt. At Deus, quia natura bonus est, quæ maximè sibi existunt similia, prima in rerum natura produxit, secunda autem quæ mediam sui referunt imaginem, tertia verò & ultima quæ ex omnibus sibi conformibus à divinâ imagine sunt, quam maximè re-

probatum est
necessario
nexus Crea-
turarum &
providentia
& alia sacra
Scriptura
doctrinâ.

69

68

67

66

6

6

59

50

52

51

52

53

54

mota atque distantia. Non fortuito ordinem cuncta sortita sunt, neque electionis mutatione, sed à Conditoris lege NB. discrimen eorum prodiit. Quanam verò Lex? Dicimus legis nomine NB. immutabilem Dei opificis actionem, à quâ divina genera producuntur, & qua in perpetuum nullâque factâ mutatione ordinantur, è quo loco patet, primum omnium actionum divinarum in creaturas fundamentum esse Benignitatem, è quâ lex quoque & ordo fluxit secundum quem cuncta gubernat ac regit.

§. VI.

Sed & Creatura ipsa, nominatim rationis particeps, curâ & regimine divinâ summè indiga est; non enim potest per naturam sive conditionem naturalem creatura à Creatore & causâ suâ universali divelli & separari vel ratione influxus *conservativi*, vel *cooperativi*, vel *reſtorii*, quin statim corruat & concidat ipsa; neque enim creaturæ ullum unquam esse ex seipsis habent; cum adeò independentes essent, sicut nec virtutem operandi per se solas aut ad fines suos contendendi, quod divinâ naturâ & Majestati penitus refragatur, & implicat creaturam esse à DEO non dependentem, esset autem independens utique, si esse suum & operari & contendere ad fines, ex se ipsa haberet, per naturalem ergò conditionem creatura adeoque & ipse homo opus habet divino ductu ac regimine, & sicut non potest DEUS communicare alicui creaturæ, ut conservetur in esse, suâ actione cessante, *quia non potest ei communicare, quod non sit causa illius, verba sunt Thom. Aquin. in I. P. summæ q. 104. Art. 1. ita Deus non potest communicare creaturæ, ut dirigatur ad fines suâ actione cessante, quia non potest ei communicare, quod non sit causa illius, movens nempe ac dirigens.*

§. VII.

Accedit respectus moralis, quod Deus per creationem tale sibi jus acquisivit in creaturas singulatim hominem, ut non possint non ipsi ejusque gubernationi subditi esse. *Nam si quicquam rerum naturæ esset, quod per actionem nullam divinam esset id quod est; nullo certo jure illud Deo subditum dici posset, eò quod à Deo non dependeret, ut rectè ait Brochmandus, & prolixius deducit Dn. D. Zentgraf. de origin. necessitate, ac immutabilitate J. N.* Concludimus ergò quod & secundum rationem & secundum fidem dicendum sit, creaturas adeoque & hominem à Deo gubernari. Neque enim absurdum est, unum idemque dogma.

dogma sive caput doctrinæ diverso respectu ad fidem & rationem pertinere, adeoque & credi & sciri idem posse, cujus generis dogmata ad *articulos*, ut vocant, *mixtos*, referunt, studio brevitatis, non *mixtos* loquendo, nulla enim articulo mixtura accedit, sed diversi duntaxat generis principium indicatur, unde illa cognoscatur Scriptura & ratio, quam hæc imperfectam illa verò demum exquisitam & ad salutarem fidem valituram notitiam suppeditat. Hactenus per modum antecessio- nis & præparationis ac pædagogicæ de regimine divino generatim & speciatim in hominem præfati sumus, sequitur deinceps interior tractatio de Scripturæ fontibus.

§. IIX.

Singula enim Scripturæ folia & paginæ, quemadmodam & in univ- versum monumenta Scripturæ de cura Dei ac regimine humani generis testantur, cum ipsa per se nihil aliud sit quam quædam veluti Epistola di- vina super mortalium salute concepta & ad eos transmissa, modos, sub- sidia, exempla, leges regiminis divini inde à mundo condito usque ad supremum mundi finem continens, ut proinde horrenda non modò in Deum ejusque verbum, sed & regimen divinum blasphemia sit eorum, qui velificaturi cogitationibus suis aut potius erroribus, queis Christianæ Religionis fundamenta in humanam auctoritatem spiritumq; privatum tra- ducere satagunt, detestandis Scripturæ S. profcindunt convitiis, Quam in rem Conf. calumnias Pontif. passim à nostratibus productas & Fanatico- rum apud *Schlüsselburgium* in *Catal. Hæret.* exhibitas.

§. IX.

Speciatim tamen testimonia quædam pii & Othodoxi DD. in certas Classes collegere quæ nos non repetemus, sed ex eo illustrius & efficacius reddi argumentum putamus si signatius divinum illud regimen prout super homines speciatim se diffundit, non præcise in dictorum collectione & Explicatione sed simul principiorum hujus materiæ nexu arctissimo è scri- pturâ deducto expendamus, quo demum demonstratio Theologica soli- dior redditur & firmior (vid. doctissimus *Neldelius* exquisitus severioris demonstrationis indagator super org. Arist. eo l. ubi de usu in Theologiâ ex professo agit,) ne quis solidiori demonstrationi haud assuetus priapos *μεταβάσις εἰς ἀδιόγητος* fingat.

§. X.

Nimirum in ipsa creatione rerum fundamentum quoddam veluti ASSERTIO

A 3.

pro- TERTIA.

69
68
67
66

6

59

50

52

51

52

53

54

Regimen di-
vini confi-
derari debet
hoc loco, ut
primò con-
gruum veri-
tatis &
indoli: ex
Articulo
Creationis.
alio obfiantia
ex Script. S
folium ur.

propius sui regiminis ac gubernationis pofuit condendo ac producendo re-
rum naturas tales, quales funt ubi certè fibimetipfi fuoque creationis decreto
ac ideæ refragaturus fuiffet contra ipfarum indolem ordinemque impres-
fum regeret eas, nifi quod fingulari fubinde & plane extraordinaria ratione
ac difpofitione fieri queat, ut motus actusque alioquin rerum naturales fu-
fpendantur & cohibeantur vel mutantur fi nempe gloria divina ac Maieftas
id poftulaverit: neque enim ejusmodi fufpenfio ac cohibitio vel contradi-
ctionem involvit, ut fub objectis divinæ potentie non comprehendatur,
neque aliquid Effentie vel attributorum divinorum tollit, nam ipfas rerum
effentias ac naturas regimine tollere & v. g. facere, ut ignis non fit ignis,
aqua non fit aqua ipfi immutabili Dei veritati adverfatur & contradictio-
nem involvit. Unde patet, quomodo accipi debeant illa Sapientie, fi quidem
nancifcantur congruum bonumque fenfum: omnis creatura in proprio
genere de novo reformabatur, inferviens propriis ordinationibus, ut tui filii
custodirentur illa fi, Castra obumbrabat nubes è prius existente aqua, ex
rubro mari via non impedita, & hesbam ferens campus ex fluctu violentò.
Adde reliqua ibid. Sap. 19, 6. 17. 18. Conf. 2. Reg. 2. 8. 14. Dan. 3.
21. Dan. 6, 27. nam ut Pfalter ait Deus noster in Cœlis omnia quæ vult
facit. Psal. 115. & 135. fuprema igitur quali lex ordinis & regimi-
nis rerum est ipfe Deus pro ratione fuæ effentie, fapientie, veritatis, Bo-
nitatis, juftitie, voluntatis perfectiffimæ omnia difponens. Unde jam
emergit via indagandi divinum regimen fuper humanum genus specia-
tim, uti in univerfum fuper creaturas omnes ipfarum rerum creararum
indoles natura & conditio tum Dei creatoris natura & voluntas.

ASSERTIO

§. XI.

QUARTA. Regimen di-
vinum fuper
homines con-
fideratur hoc
loco, ut con-
gruum hu-
mana natu-
ra, quoad a-
nimam vi-
dam, ratio-
nalem prin-
cipium motu
& actionum
ex Scriptu-
ra.

Jam fi naturam & conditionem hum. confideremus prout eam præfertim
fcriptura facta nobis defignat; animadvertemus: præter id quod exiftunt
hoc quoque c. aliis conditione deterioribus ac inferioribus creaturis comu-
ne habere homines quod vivunt, & ab intrinfeco principio ad fuos motus
actusque propellantur, fentiunt, & rudi quidem ratione cognofcunt, & ap-
petunt, quod principium intrinfecum fcriptura vocat nephesh. Lev. 17,
11, anima carnis in fanguine illa, nimirum fanguini inefit anima, non quod
reliquis animalis corporis partibus non infit fed quod peculiari ratione, i. ut
in eò calor naturalis præcipuè confervetur adeoque & vita ipfa. Hinc lucem
mutuatur alter locis ne ne fanguinem comedas, quia fanguis ipfe anima
והוא הנפש לוח. Das Blut ist die Seele Devt. 12, 23. Nimirum

NON

non per essentiam ut ex antecedente jam constat, sed ob animam conjunctam & in sanguine vim suam exerentem: nam vis illa & virtus naturalis principii huius intrinseci, quod **נפש** est, & dicitur, mediante sanguine, qui ejus quasi vehiculum quoddam est corpus mobile & activum reddit. Enimvero id sibi singulare profus & peculiare habet humana natura præ brutis, ultra istam vivendi, movendi, sentiendi & appetendi vim, quod lumine longè nobiliore & perfectiore instructa est, quam illa facultas sensitiva involvit in Brutis neque enim per rudem duntaxat imaginem ab objecto materiali sensibus impressam cognoscit, sed & illa quæ materiæ non sunt immersa & obnoxia per exquisitas sibi ideas repræsentat, rerum naturam & indolem interius cognoscit, unum cum altero componit aut ab eò dividit adeoque conclusiones veritatis è principiis elicit: motu præterea longè nobiliore ad objectum tendit eò nimirum qui exeritur præcunte consilio ac judicio citra ullam necessitatem physicam, ità comparato, ut etiam positis objectis omnibusque requisitis & velle possit ac eligere ac non velle, appetere hæc aut illa, ubi è pluribus optio datur eligere, neque hæc cognoscendi & appetendi facultates longe eminentiores quam brutorum, e tam ignobili subjecto ac principio dependent quale sunt brutorum animæ; quanquam enim & illud ipsum principium in homine unde vita & motus est communi subinde nomine cum illo brutorum gaudeat & dicatur, e. gr. anima **נפש**, hæc ipsæ tamen facultates peculiare, longè aliam & excellentiorem illius animæ naturam indicant quam bestiarum est, quodq; præcipuum est, scriptura sacra describit eam ut *spiritum*, collapsò & in terram versò corpore ad Deum redeuntem qui eum dedit. *Eccles. 12, 7.* quod utique non nisi de spirituali substantia divino judicio post mortem se sistente accipi potest: porro originem & modum producendi peculiarem humanæ animæ designat scriptura, nam cum de aliis viventibus v. g. aquatilibus mandatum creatorium duntaxat sonet: *reperere faciant aquæ reptile, animam viventem*: de terrestribus, *producat, terra animam viventem* Genes. 1, 20. 24. de solo homine dicitur quod Deus insufflaverit sive inspiraverit **נשמת חיים** *ubi nondum* opus est ut omnia, quæ de anima hinc eliciuntur & elici possunt, repetantur, sufficit enim tantum notasse, alium esse rationem animæ hominis quam brutorum, aliam originem, aliam substantiam, aliam naturam & indolem quam brutorum, quæ præsertim nec intelligit, nec vult. Unde nec id ad præsentem locum pertinebit, quod hæc ad imaginem divinam aut rectius

69
68
67
66
65
64
63
62
61
60
59
58
57
56
55
54
53
52
51

in imagine divina fuit condita, animæ autem bestiarum non. Id inprimis huc spectat, quod præter hanc unam animam nulla alia sit in homine, nulla inquam alia quam hæc ipsa quæ substantia spiritualis est intellectu & voluntate prædita, Deoq; aliquando sistenda Judici post hanc vitam. Nam nec in compositione, nec in resolutione hominis plurium partium ejusdem essentialium fit mentio quam animæ & corporis. vid. Gen. 1. 27. & 2. 7. & Eccles. 12. 7. Hinc jam consequitur: ut rectè constet de regimine divino hominis quæ talis prout ejusdem naturæ & conditioni præcisè humanæ congruum est necessariò duas essentialiæ partes statui, nempe cum corpore peculiare præ aliis vitæ motus & agendi principiū animam intellectu & voluntate constantem: nam nisi hæc rectè constituantur, necesse est ut deinceps ad scopulos allidatur, & vel *regimen Dei naturæ* cum *regno gratiæ* confundatur vel erroribus utrumque obfuscet, ut in progressu patebit.

§. XII.

ASSERTIO Itaque nec *Cartesianas* hypothefes tutò admittas, queis duplex in homine anima, animalis una in sanguine, calore, & motu spirituum, rationalis altera in sola cogitatione consistat; neq; enim hæcenus tam prægnantia producere potuerunt argumenta assertores illius hypotheseos, quæ Scripturæ fundamenta subruant; nec de corpore quæstio redire potest, quam B. *Dannhænerus* etiam suo tempore disputatam refert, an hominis pars sit. Nec Fanaticorum deliria de tribus in homine partibus speciem veritatis nancisci possunt: nam quod de spiritu sidereo tertia hominis parte confingunt, cui artes, sapientia, & prudentia humana ad hanc vitam pertinentia sunt obnoxia, & opponatur Spiritus æternus, qui ex DEO sit factus, ut errat *Weigelius*. vid. ejus *Nosce te ipsum*, it. de *vetere & nova Jerusalem*, nullâ veritatis specie nititur, præsertim quantum ad testimonia Scripturæ, quibus abuti solent ad hoc figmentum cordis sui pingendum. non enim, ubi *Spiritus & animæ* distinctis nominibus fit mentio, duæ statim partes *essentiales* hominis constituuntur: nec naturæ statim partes sunt, quas gratia dividit alio fine & alio respectu: neque denique, si diversæ facultates in homine per distinctionem animæ & spiritus innuuntur, propterea duæ diversæ animæ inde conficiuntur, nedum tales, quales illi fingunt, siderea una ex astris, divina altera ex Deo. Conf. B. *Lutherus* nolter Tom. VI. *Wuteberg*. p. m. 13, ad locum 1. *Theil*. §. 23.

§. XIII.

§. XIII.

Sed nec hypothefes Differtationis ad libros Poiret de solida Eruditione, &c. præsentem disciplinam è SS. haustam admittunt, quin potius omnem ejus nervum destruunt, unde deinceps nimirum commodiore loco necessariò memorandæ erunt. Caterum Scriptura sacra uno subinde vocabulo Facultates illas animæ designat, Cordis nimirum, quippe quò nomine intellectus, voluntas, sensus & Affectus indicantur. Salomo enim de corde inquit: *Cor hominis excogitat viam suam*, Proverb. 16, 9. quem locum gravi Commentatione illustrat magnus Chemnitius de libero arbitrio cap. 11. *Verbum hoc significat tam accuratam deliberationem, ubi singula conferuntur, sicut in supputationibus fit, & significanter descripta est hoc vocabulo electio voluntaria, quæ non fit instinctu naturali, sicut ovis fugit lupum, sed ex collatione quâ dum habitu delectu commodiori & incommodiori: sicut in supputatione fit additio, subtractio, divisio, ut certus numerus producat. Hinc & egressus vite ex ipso corde esse, monet Salomo. Prov. 4, 13. Christus verò Matth. xv, 19. è corde *διαλογισμὸς πονηρὸς* procedere ait, cogitationes malas intelligit è corde tanquam fonte corrupto emanantes. Singulari tamen & speciali vocabulo intelligens facultas *νῦ*, dicitur, uti Apoc. XIII. 18. item *δίανοια*, Eph. I, 18. voluntas verò ejusdemque libertas notatur passim in SS. ut *θέλημα ἀνθρώπου*, 2. Petr. 1, 21. Deus agit in piis, & ut velint, & ut efficiant, Phil. 2, 13. ubi quanquam Deus speciali sua gratia Actus voluntatis spirituales elicere dicitur; tamen ipsa voluntas, facultas naturalis connotatur *en* subjunctum illorum *actuum*, ut rectè scribit Chemnitius l. c. libertatem & in differentiam, quam vocant, passim conuenienter scriptura Sacra veluti Dent. 30. 19. *Testes contra vos hodie voco coelos & terram, quod vitam & mortem dederim contra te, Benedictionem & maledictionem, ut eligas vitam, qua vivas Tu & semen Tuum, sic in Actis Apost. Act. V. 4. nonne venundatum erat in mæ potestate?* ubi potestas non tantùm moralis videtur iururi, sed principium simul Actionis liberum, ut eò magis improbari, & ut grave delictum notari queat istud avaritiæ factum. Porro cordis nomine etiam comprehenduntur *Appetitus sensitivus* & *Affectus* sive motus illius ex apprehensione boni vel mali orti, cum aliquâ mutatione non naturali corporis: vel simplicius: *Motus appetitivæ virtutis in persecutione boni vel fuga mali.**

ASSERTIO

SEXTA.

Regimen dignum rationem rationem hominum considerari debet ut congruè facultati intelligenti & libera: rationi & voluntati, ex S. Scriptura.

69
68
67
66
65
64
63
59
58
57
56
53
52



§. XIV.

ASSERTIO
SEPTIMA.
Facultates
illa, ratio
& voluntas
vix sunt ex-
plicanda, ut
nec confun-
dantur
cum natura
brutorū nec
inter se, nec
cum regimi-
ne Dei grati-
osō Confun-
dantur hypo-
theses supra
memoratae

Atque hæ facultates Animæ humanæ ita sunt explicandæ, ne vel inter se confundantur, vel quælibet inter illas incongruis nec adequatis id est suffecturis naturæ rei conceptibus obscuretur. Cavendum imprimis, ne id quod homini proprium est, brutis tribuatur, velut *intellectus*, cujus vis præcipuè in colligendo subsistit & ratiocinando; & *voluntas*, cujus Excellentia in libertate eminet & rationali electione: fieri enim non potest, quin adeo Regimen illud divinum, quod hic inquirimus, pervertatur, & quod est proprium hominis, cum illo brutorum confundatur. Quemadmodū nec id in præsentī argumento committendum est, ut, quod naturæ humanæ quæ talis non est, sed ejusdem tantum perfectio spiritualis, ad eandem referatur, quomodo regimen DEI gratiosum cum illo naturæ necessario confunderetur. Unde haud difficulter arbitrari possumus de *hypothesebus Dissertationis ad Poirerum de Eruditione solidâ* &c. quibus origo hominis, partes, natura, facultates, statusque exprimuntur. Nam quod de origine Hominis dicitur *hypothese* sexta: *Deus cum hominem crearet, primò ex glebâ terræ formavit corpus animatum, & consequenter facultate intellectus & voluntatis statim præditum: Tum indidit spiritum ex se, qui debebat animam & corpus hominis ab omnibus fecibus purificare, imperfectiones, id est ea quæ communia habebat cum aliis Creaturis absorbere, inde status in quò istud dominium spiritus obtinuit, dicitur status integritatis: In eo primum à scripturæ fontibus aberrat, quod Deum corpus animatum formasse dicitur, cum hominem ex glebâ terræ formaret, cum demum anima & vita tribuatur homini ex eo, quod Deus ipsi halitum vitæ insufflavit, sic enim Moses. Formavit Deus hominem, pulverem de terrâ & inspiravit in nares ejus animam viarum & factus est homo in animam viventem.* Hinc & illud sua sponte ruit, quod intellectu & voluntate jam tum præditus fuerit, cum Deus spiritum ex se inderet, qui demum *animam illam purificaverit*: nam cum illæ facultates sint animæ, anima verò nequaquam dicatur cum corpore aut in corpore ex glebâ terræ producta, sed tum data cum Deus inspiraret Nischinat Chajim, quippe quo factum est, ut fieret in *animam viventem*, quomodo spiritum ab anima distinguit? illum ex DEO, hanc cum corpore ex glebâ terræ productam, aut cum id ex glebâ terræ produceretur ex eadem illi inditam & deinceps peculiarem spiritum superadditum ait? nam quod inquit Moses: formasse DEUM hominem pulverem ex terra, nequaquam hunc sensum habere potest: quod integer homo corpore & anima constans sic è terrâ

terrá factus: priora enim verba per se nihil aliud insinuant, quam: Deum hominem formasse, quomodo autem & unde, id sequentibus innuitur, nimirum partim ex terra, quoad id quo pulvis est, partim verò non ex terrâ, sed inspirando quoad id nempe, quo anima vivens est: que anima ipse *ille spiritus vitæ* fuit, docente *Ecclesiaste*, qui de dissolutione hominis loquens haud de aliis essentialibus partibus quicquam innuit, quam de ea quæ *pulvis* est, & in terram revertitur, & de altera, *spiritu*, qui ad Deum accedit. Deinde illa verba: *indidit spiritum ex se*, duplicem facile generare possunt sensum, primò hunc, ex essentia divina quasi *Materia ex qua* illum progressum esse: quod pridem in *Stoicis* & hæreticis nonnullis à veteribus est confutatum, ne quid de Elenchis fanaticorum recentiorum dicamus: deinde alterum, indidisse Deum Spiritum non ex aliqua materia, sed immediate inspirasse, qui sensus demum re-ctus & orthodoxus est, ipsique textui prorsus conveniens, ad cujus illustrationem pertinent illa *Augustini*: *sicut nos possumus non de nostra natura, sed de circumfuso aere flatum facere, quem spiramus: ita Deus non de sua natura, nec de subjacente creatura, sed de nihilo potuit facere flatum, quem corpori hominis inserendo inspirasse vel insufflasse convenientissime dictus est incorporeus incorporeum.* &c. de C. D. XIV. 21. nimirum quia non additur præexistens materia aut sub-jectum, unde Deus indiderit spiritum, è nihilo factum esse meritò judica-mus. Cæterum quod additur, munus illius spiritus divini sive ex Deo fuisse, *animum & Corpus ab omnibus facibus purificare & imperfe-ctiones*, id est *ea, que communia habebat cum aliis creaturis, absorbere*, id prorsus nullo nititur fundamento, sed putidum humani cordis fig-mentum est, præterea cum pietate se conciliari haud patitur: Deum in-quam animum & corpus condidisse facibus purificandum, *imperfectioni-bus* contaminatum, Spiritumque divinum illum istas absorplisse. Scriptura S. hominem *rectum* creatum esse innuit *sanctum* præterea & *justum* in imagine Dei, secundû similitudinem ejus, quomodo igitur animus homi-nis facibus deturpatus & impurus dici potest, ac dein purificatus demum? quomodo primum corpus imperfectionibus à spiritu absorbendis opple-tum erit? Num imperfectiones sunt ea, quæ homo cum aliis creaturis habet communia? quæ sapientia Dei creatoris sunt congrua, finique suo ac-comodata, num imperfecta dici possunt & facibus oppleta? an potius per-fecta in suo genere? sane quicquid sapientia divina productum est, suoque fini destinatum & accommodatum, imperfectum illo sensu dici nequit, nisi

69
68
67
66
65
64
63
62
61
60
59
58
57
56
55
54
53
52
51
50

per contumeliam in Deum; multo minus facibus impurum, præsertim ob id præcise, quod commune est cum brutis. sed nec id sanam inter pretationem nascisci potest, quod ait, spiritum *absorbere* debuisse & *purificare*. Nec scriptura, sine qua tamen in his non sapere debemus, ita loquitur: quod *purificationem* atinet, ea opus non fuit, ubi nihil imputi est: Deum impurum produxisse, vix sine blasphemia dici potest. Conferantur Theologi in Dissp. adversus scholasticos in Argumento de *statu purorum naturalium*. *Absorptio* hic somnium est prurientis ingenii. Ait: *absorbere spiritum ea que communia* habet homo cum aliis *creaturis*, quarum ergo speciatim sunt illa que absorbenda fuerant? Respondet in hypothesis VII. *Voluntas spiritus* debebat *absorbere voluntatem anime intellectus spiritus intellectum anime illuminare*. Quod siæ omni figura videtur explicari in hypoth. I. his verbis: *Spiritus divinus hominis animam à motu & inclinationibus ad creaturas avertit ad Deum*: opponit denuò spiritum divinum ut tertiam hominis partem animæ, quod ex S. scriptura confutavimus, deinde ait hunc spiritum divinum *avertere animum ad Deum à creaturis seu à motibus ad creaturas*: Et hanc statum vocat *Integritatis*. Quis verò, si naturali verborum sensui præse inhæreat; aliter poterit arbitrari, quam Authorem vi horum verborum antecedentem quendam ante Dei imaginem effingere statum in quo homo per naturam animæ suæ cum brutis communis, inclinaverit tantum ad creaturas, spiritum verò divinum statu imaginis divinæ supervenisse illamque animam ad Deum inclinasse? Hoc quomodo mens Christiana cū doctrina salutari *de Creatione*, & *imagine divina*, cum quâ universa hypotyposis sanorum verborum connectitur, conciliare potest? quid enim hoc aliud est, quam in statu vitiosarum inclinationum id est peccati, Deum hominem, primum condidisse, adeoque malum & *αὐτοζῆλον* in mundum velut introduxisse? quod quomodo Fidei principiis primis in Sacra Script. expressis adverteretur oppidò, supra fuit ostensum, & Catechumenis jam notum est. Sed ponamus, ista per modum hypotheseos duntaxat hoc sensu asseri: si sola Anima præciso isto Dei spiritu statum Imaginis divinæ importante consideretur, tum status hominis ita concipiendus erit: *primò* habebit homo Animam essentiâ & naturâ eandem cum brutis & aliis creaturis. *secundò* illa anima *brutalis* per naturam suam inclinat amore suo reliquisque motibus tantum ad creaturas: ut creato homine extra imaginem Dei, non modo à Deo is avertus esset, & in statu peccati, quippe intellectu & voluntate præditus, nisi quod hic quoque intellectus & illa voluntas non nisi ut

facul-

facultates bruti consideranda sunt, inque solo hemisphærio creaturatum subsistentes; sed & bestia seu brutum: adeoque Imago divina pertinet ad Essentiam humanam, quæ imago in homine deperdita, ubi restituitur, essentia pars restituitur & ex bestia aded fit homo. Hoc est quod hypothesi IX. dicitur: *In spiritu Dei in statu integritatis constitisse essentiam humanam*, & hyp. XI. *Eos, qui non sentiunt infelicitatem, sed corpori & carni sunt immergi ad propriam infelicitatem latius grassantur, esse in statu bestialitatis.* Hæ cogitationes primo contradictionem involvunt. Homo per essentiam & naturam bestia, quippe non nisi gradu à bestia differens juxta hypoth. III. adde reliquas. Deinde, quod ex priori sequitur, facultates humanae intellectus & voluntas, confunduntur cum brutorum motu & sensu, facultates propriè humanae communicantur bestiis: Unde & *serpens naturalis in paradiso intellectu & voluntate anime fuit præditus* juxta hypoth. 9. Tertio Imago divina quæ humanae Essentia & naturæ accedit, cum ipsa Essentia humana confunditur, cum tamen Scriptura sollicitè se jungat ac distinguat hominis essentiam ab imagine: Dicit enim Deum hominem condidisse Bezelem in Imagine aliud est homo conditus, aliud Zelem, seu imago in quâ homo conditus est: Nimirum Zelem istud describitur in N. T. per habitus illos Cognitionis Dei, Justitiæ & Sanctitatis: Essentia vero per animam & corpus, ut supra notavimus. Quarto Confectaria inde porro fluunt, quæ nullo modo cum doctrinâ Christianâ conciliari possunt, qualia jam castigata videas à Confessoribus nostris in lib. Concord. p. m. 677. Denique: *αὐτὸν* hypotheseon huc redit: Designaturus Author statum *Christianismi* Christianos vocat, qui *desiderio suo feruntur ad scintillam intra se*: hanc scintillam 1. vocat Christum, imaginem Patris, verbum Patris. 2. Cùm Spiritus Dei i. e. imago Dei extingueretur usque ad scintillam minimam, hanc scintillam residuam intra hominem juvare hominem, & ad amorem Dei reducere, quod pœnitentiam dicit & tenebras intellectus discutere vid. hyp. 10. 3. sic emergeret status fidei & gratiæ, qui nihil aliud esset, quam *transitus ab amore creaturarum & in ipsius ad amorem Dei per odium sui & indifferentiam creaturarum.* Porro Christus est pars ipsius hominis, & quidem essentialis, nempe pars & scintilla illius Spiritus residui in homine post lapsum. Hic Christus est *verbum Dei, Spiritus internus, qui in ipso homine operatur.* Similiter fere Quackeri: *Deum impertisse cunctis hominibus novam genituram semetipsum, suum Filium, suum Spiritum Sanctum, lumen & verbum internum eoque ipsorum*

B 3
animos

69
68
67
66
6
59
58
57
56
53
54

animos singulos suo tempore ac modo & mensura ita commove-
 re, ut sentiant atque intelligant suam miseriam, eoque excitare, ut
 Deum denuò querant, denuòque ad Deum se convertant. Barclajus
 in Apolog p. 83. *Hic ille Christus internus est, de quo nos tantum &*
tam sepe loqui & declarare audimus, ubique predicantes illum, &
omnes hortantes, ut in lumen credant, illique obediant, ut Christum
in semetipsis natum noscant, ab omni peccato illos liberantem. Et p.
 84. *Credimus hoc lumen & semen esse rectam spiritualem substantiam,*
ex qua rectus ille & spiritualis partus in fidelibus vocatur, nova crea-
tura, novus homo in corde provenit & oritur. Miscetur terra cum
 cœlo, ima cum summis, Nervus & finis hypotheseon huc tendit:
 „Hominem ratione animæ & corporis meram bestiam, & ad crea-
 „turas unicè inclinantem accepisse à DEO Creatore Spiritum Divi-
 „num seu ex Deo: per quem homo fit factus, & imago Dei, ita ut anima
 „per Spiritum à Creaturis ad Deum converteretur: per lapsum verò Spi-
 „ritum illum ad Deum tendentem, divinum & ex Deo usque ad mini-
 „mam scintillam esse extinctum: Illam scintillam verò hominem adju-
 „vare & ad Deum reducere: Quæ scintilla sit Christus intra hominem,
 „verbum Dei, Spiritus Dei, Spiritus S. & sic regenerari hominem per
 „Christum, per Spiritum Dei dicique Christianum à Christo: hinc statum
 „esse *Christianismi*. Prout verò homo defectus è lapsu venientes sentit,
 „statum emergere *Humanitatis*. At prout Amori carnali creaturarum
 „immersus est, sic esse *Bestialitatis*. Hæc præter quam quod Christianis
 oculis & auribus horrida sunt; idem præfens quoque nostrum de regimine
 divino in homines per leges penitus pervertunt.

§. XV.

Nam primò Regimini divino substernitur homo ratione naturalis
 suæ conditionis ut brutum, cum tamen id, quod in bestiis exercet provi-
 dum Numen, ita differat ab hoc, quod in humanum genus se extendit, ut
 aliquando Spiritus S. intuitu generis humani neget, Deo bestias esse cu-
 ræ vid. 1. Cor. IX. 9. *Secundò* falsò supponitur, quasi Deus hominem ut
 animal intellectu & voluntate præditum dirigere posset ad fines suos sine
 noticia aliqua Dei, & tum homo tantum ad alias creaturas tenderet. *hy-*
poth. 3. Cum tamen eo ipso, dum hominem quoad animam intellectu
 & voluntate præditum creavit, non potuit non illius naturam & indolem
 per notitiam sui naturalem dirigere ad destinatos fines: Ex naturâ enim
 intellectus sui lumine præditi, aut non ex Spiritus illius peculiaris partis
 quæ

quæ fingitur hominis provenit, quod homo Deum, nimirum quoad ea quæ ad Theologiam naturalem pertinent, cognoscit, & quodammodo ad Deum tendit. Ergo non ad solas creaturas. *Tertio* confunduntur in hypothefibus facultates cognoscendi & appetendi sensitivæ cum *intellectuali & rationali*, hæ dicuntur intellectus & voluntas, nam quod *gradu* tantum differre ait hypothef. III. intellectum & voluntatem hominis ab intellectu & voluntate seu *Amore & Lumine* bestiarum, id falsum est, & ex falso principio suppositum, quasi anima quoad substantiam & naturam à spiritu Dei distincta, cum aliis creaturis communis, & ex uno eodemque principio prodiret: quod Scripturæ adversatur, ut supra ostendimus, nec quod ex peculiaribus Novaturientium opinionibus huc adferri potest, ita comparatum est, ut à sensu divino amovere queat. *Quarto* confundunt *hypothefes* facultates ipsas cum motibus & actibus, illisque quæ sunt in us, intellectum nimirum cum lumine in intellectu & voluntatem cum Amore sic enim hypoth. II. *Amor* voluntas, *lumen* intellectus dicitur. *Quinto* regnum gratiæ cum regno naturæ. Scintillam enim post lapsum in homine resiam vocat Christum, Christus autem pertinet ad Regnum gratiæ, at quicquid in eo post lapsum superest è priore statu quoad substantiam suam ad naturam spectat. *Sexto* confundit statum *Institutionis* cum statu *Restitutionis*. Christus pertinet ad statum *Restitutionis*, non *Institutionis* ubi non opus erat Christo, quia peccatum non erat. Unde porro *Septimo* ipsa Imago DEI in homine, quæ constituitur in Spiritu purificante, per lapsum ad unam usque *scintillam* extincto (hyp. X. XI) quæ *scintilla* sit Christus, confunditur cum *Imaginem* Patris *substantia* à Christo Jesu *Hebr. 1. 2.* Adedque & *Octavo* verbum mentis cum verbo substantiali Patris, internum cum externo, verbum naturæ, i. e. Conceptus Mentis, cum verbo & Conceptu, qui est ex gratia. *Spiritus hominis* (est enim tertia pars hominis juxta hypothefes) cum *Spiritu oris Dei*. Sic enim hypothefes volunt. *Nono*, *Spiritus Dei*, in quo consistebat *Essentia hominis in Integritate* fuit extinctus, vel usque ad NB. scintillam minimam suffocatus. X. *scintilla illa residua hominem adjuvat & ad amorem Dei reducit* &c. XI. Status *Christianismi & eorum, qui desiderio suo feruntur ad scintillam illam* (quæ est Christus, imago Patris) XII. In statu gratiæ nihil homo lapsus à seipso facit, sed omnia fiunt per gratiam divinam, *Christum, verbum Dei, & Spiritum S. Christus* Authori est illa *scintilla* cujus auxilio homo ad amorem Dei reducitur: & est

69

68

67

66

65

64

59

58

57

52

53

54

& est verbum Dei, & Spiritus Dei, Spir. S. Confunduntur summa Fidei
 mysteria: quod hac vice, & hoc loco velut per Indicis modū notari debebat.

§. XVI.

ASSERTIO Cæterum confirmatâ adeo & vindicata natura humana prout Regimini
 OCTAVA. divino per legem subternenda venit, id est considerato homine ut anima,
Regimen di- intellectu & voluntate instructa, præditus est, Scriptura porro in intel-
ctinum in ho- lectu rectitudinem quandam ponit, cujus beneficio ea quæ cognoscimus
minem con- vel per simplicem apprehensionem, uti prima principia & per se nota, vel
siderari de- per discursum, uti conclusiones per principia, recte cognoscimus: Huc perti-
bet, quam net in universum, quod hominem Deus condidit *W* rectum Eccles. XII
subternitur adeoque nec in intellectu distortum aut corruptum; præterea cum Apo-
illi in mente stolus ait: *Id quod de Deo cognosci potest, manifestum esse in gentibus,*
rectitudo *item opus legis inscriptum esse cordibus ipsorum.* Rom. I. & II. mani-
lumen ad eo- festo prædit in mente rectitudinem illam: nam si ipsa illa facultas quoad
quoscendum naturam suam obliqua, perversa, aut distorta sit, quomodo poterit id quod
probat ex de Deo cognosci potest, manifestum esse? Quemadmodum enim specu-
S. Scriptura, lum debitâ suâ rectitudine carens imaginem objecti representabit minus
 congruè; ita nec intellectus facultas objecti speciem convenienter exhi-
 bebbit, nisi rectus è manu veluti Conditoris ille prodierit. Porro verò &
 ista facultas & hæc rectitudo in illa frustranea erant futura, nisi lumine
 collustrarentur; quo *Phæsegi* manifesta apparet objecta, ut ante dixerat
 Paulus. Hinc & Scriptura passim intellectum oculo comparat *luminoso,*
 illamque spiritualem gratiam, qua ea quæ sunt Spiritus, intelligimus,
 accipimus & iudicamus, *illuminationem, oculos illuminatos, lumen* vo-
 eat vid. Matth. VI, 22. Eph. I, 18. Psalm. XIII, 4. & alibi passim. Ad hoc
 intellectus lumen referti debent principia illa tum theoretica tum pra-
 ctica per se nota, quæ instar Solis & suâ luce radiant, seque manifestant
 & alia collustrant, unde Conclusiones claruerunt è principiis deducta.

§. XVII.

ASSERTIO
 NONA. Inde qui Pyrrhonismo aut Academia favent, cunctas veritates in-
Aberrat Py- dubium vocando, nec nisi in utramque partem de quovis objecto dispu-
rrhonismus, tando, id quod in Theologia quoque ipsisque Articulis fidei complures
ex una, ex tentant, parum congruè divinæ sapientiæ iudicant: Quid enim, num Fa-
altera parte cultas illa animæ, intellectus cum ista sua rectitudine, & lumen istud infi-
qui ratio- tum huic unice fini sunt destinata, ut non nisi anceps hareret homo du-
velationis biousque, neque unquam finem attingeret: quod sanè vel impotentiam ar-
fastigium en- tendunt, gueret,

gueret, in Conditore, qui edusque non perducere valuit vim intelligendi, ut certum finem, veritatem obtineret; vel malitiam, quod noluit illam facultatem aliter nisi fluctuantem, dubitantem & incertam condere, quod insigne indicium est odii veritatis, & ex adverso delectationis in mendacio & detestanda humana vita Confusione, quippe, si necessario de omnibus esset dubitandum, nemo certe adstringi posset ad assensum illis veritatibus praeibendum, quae tamen in vita humana necessariae sunt, cum ipse Creator eas in dubio relinquere voluerit. Neque tamen ex altera parte necesse est, ut talem certitudinem in cognoscendo ponamus, qualis illa est, quae nititur peculiari Dei revelatione, hodie in S. Scriptura contenta: quod tamen dilabuntur Theologi apud Batavos, *Cartesio* faventes. Et si enim illa quoque manifestari ac suo modo revelari dicuntur, quae naturali intellectus lumine cognoscuntur *Rom. 1, 19.* tamen longè alia ratio est hujus manifestationis generalius ita dictae, quam specialioris istius revelationis divinae quae in S. Scriptura continetur, quippe quae ipsius Spiritus S. testimonio obsignatur, juxta Scripturam, & quod Deus ipse per Spiritum suum revelat, non potest fallere, at quod per ipsam mentem, partem hominis manifestat, id, si aequè infallibile esset, Deus & creatura eodem infallibilitatis gradu starent; quod perfectioni & omniscientiae divinae incommunicabili adversatur. Praeterea mens nostra post lapsum ita corrupta est, & obtenebrata, ut licet in iis quae naturae & conditioni humanae quae tali sunt obnoxia, facultas judicandi & lumen quoddam residuum sit, unde certitudo, quae in vita humana sufficit, emanat, tamen imbecilles sunt vires, & ad errorem proclives, etiam in illis, quae aliàs suo lumine radiant.

§. XIX.

Jam quod de voluntate, ejusque libertate in indifferentia posita supra diximus, id ita comparatum est, ut necessario cum natura & statu humano cohaereat; pone enim, voluntatem non nisi motu intrinseco spontaneo, tantum non ab extrinseco principio coactam ad objecta sua tendere; sane haec ratione hujus facultatis homo à bruto non distinguetur; neque est quod quis dicat: In homine praecedere judiciū, quod in brutis haud obstat: Illud enim judicium huic motui voluntatis extrinsecum est, nec ad ejus naturam pertinet: Unde adhucdum voluntas ratione suae facultatis motricis nihil peculiare aut diversum habebit à natura brutorum: sed sicut illa intrinseco tantum quodam impetu; ita eodem & homo propelletur. Quae indoles nullo modo combinari potest cum statu illo, quo homo legi est obnoxius juxta naturam & Scripturam, ut rectè monet *Pufendorf*.

C

Sid. Wittich. in Theolog. p. 60

ASSERTIO DECIMA. *Regimen divinum per leges necessarium substraham libertatem, ubi*

69
68
67
66

6
59
58
57
56
55
54
53
52

» lib. de Concordia Pol. cum Relig. Christ. §. 86. & maj. op. l. 4. 3. ni-
 » mirum omnis legum materia, omnisque ratio virtutis ac honesti perit,
 » Frustraque leges quoque civiles feruntur, nec iuste pœna exigitur
 » ob earum violationem, nisi penes cives sit eas observare aut violare:
 » quod si enim impetu quodam naturali nec libero & indifferenti feruntur ho-
 » mines, nequaquam dici potest, penes ipsos esse leges observare aut violare.

§. XIX.

Hypothesi
Reformato-
rum exami-
nantur
&
refutantur.

Obnituntur his DDres Reformati, apud quos tritissima sunt sententia:
 1. *Posse virtutibus & vitiis suam bonitatem & malitiam moralem con-*
stare, etiamsi iis adsit aliqua necessitatis species, dummodo non fuerit
coactio & violentia. Sufficit nimirum huic sententia libertas à coactio-
 ne, quæ tamen cum brutis communis est, nec sola cum natura virtutis
 & vitii consistere potest. 2. *Illos Deum fingere otiosum sedere in*
cœlis, qui dicunt: Liberum homini arbitrium relinquere. & ad boni
vel mali electionem dispositam esse naturam. Non disposita est hu-
 mana natura à DEO ad electionem mali, sed boni; homo autem defi-
 ciendo à statu perfectionis, disponitur à seipso ad electionem mali: neque
 enim potentia malum eligendi à Deo provenit, aut homini data est: Sed
 sola potentia eligendi bona & honesta: possibile tamen erat, malum eli-
 gere præ bono, quia neque Deus erat homo, neque immutabiliter in bo-
 no confirmatus, sed adhuc in via, unde *possibilitas* rectius dicitur, quam
 potentia, ratione mali eligendi: Caterum posita libertate bene &
 male agendi, eo modo, ut jam explicavimus, non tamen Deus propterea
 otiosus fingitur. Num enim otiosus est, qui, hominem liberè agentem
conservando naturam ejus & virtutem, insuendo & cooperando, præ-
cipiendo, adhortando & dirigendo ad bonos fines operosus est. 3. Vi-
 deas apud memoratos Reformatos DD: hæc pronunciata: *Spektata Dei*
immutabili voluntate, omnia quæ sunt, necessariò fieri: Necessitate,
 utique *extrinsecâ & Consequentia*, non intrinsecâ ipsarummet actio-
 num, necessum esse, quod ex parte Dei immutabile est & necessarium ra-
 tione immutabilis illius præscientiæ, infinities quasi monuere Orthodoxi.
 Quod verò voluntatem DEI immutabilem concernit, nemo unquam è
 nostratibus in dubium illam vocavit, ut non necesse sit toties ingeminare
 immutabilem Dei voluntatem, sed huc redit nervus difficultatis: Num
 stante illa diviniæ voluntatis immutabilitate, necessariò cadat libertas
 in homine, quæ in indifferentia ponitur? Quid enim si voluntas
 ho-

hominis flecti queat in hanc illamve partem, sitque mutabilis, num ipsa Dei immutabilitas, qui talem voluit & condidit hominem, in periculo erit? Si Deus quadam sub certo ordine & conditione decrevit atque voluit, num, si conditio non impleatur, nec ordo servetur, propterea Dei voluntas mutabitur, quæ non nisi sub illa conditione & ordine hoc illudve voluit? Neque propterea dependens fit Dei voluntas ab ordine & conditione, nisi dependentiâ ordinis ab ipso orti & positi, quæ nequaquam Deo indecora: quippe non dependentia *Causali*, quasi ordo ille esset Causa Dei decreti & voluntatis, sed dependentia per modum necessariae connexionis positæ conditionis cum voluntate & decreto divino: quæ connexio non est ab extrinseco aliquo, Deum vel adstringente vel obligante, sed ex ipso Deo immutabili: Falsum E. est: *Spektata Dei immutabili voluntate omnia fieri necessario.* 4. Porro: *Se ponere extra Controversiam Dei concursus ad actiones liberi arbitrii, non tantum esse generalem & indifferentem, sed & specialem & determinantem, etiam ratione malorum actuum quoad materiale proximum*, uti loquuntur. Enimverò sic fieri non potest, quin Deus causa peccati fiat. Nondum enim concipere potest, cui sana mens est, quomodo sanctissimum Numen ad actum *peccaminosum* speciatim etiam quoad *materiale proximum* determinet, quin ipse peccati causa sit: quod hoc luculento patet argumento: Qui specialiori motu determinat ad id, quod cum peccato immutabili, intimo & essentiali nexu combinatum est, is determinat ad ipsum peccatum, ejusque vera causa est. A. Deus determinans ad materiale proximum, determinat ad id, quod cum peccato necessario connexum imò ipsum peccatum est, v. gr. in extensione manus ad rem alienam auferendam velut *materiale remotum* sit extensio manus, & *materiale proximum*, extensio manus ad tale objectum, nempe alienum quod auferitur, quæ cum furto cohæret, imò furtum ipsum est. Non potest ergò determinare Deus ad extensionem manus erga rem furtivam. 5. *Ex Dei voluntate esse rerum necessitatem.* Enimverò quid obstat quæso, quo minus distinguere queamus *inter voluntatem absolutam*, qua utique sequitur, ut quicquid Deus ita vult, non possit non fieri, adeòque necessarium sit; & *ordinatam ac conditionatam* quâ negamus istud. Num verò divinæ perfectioni refragatur hæc voluntas, toties in Scriptura designata & inculcata? ut patet ex dictis à nostratibus adductis & vindicatis: ubi denique ultimus depugnandi fervor eò redit: *Præcurrere, tali voluntate*

69
68
67
66
65
64
63
62
61
60
59
58
57
56
55
54
53
52
51
50

supposita, causam secundam actu & motu, cause primæ: fieri dependentem Deum ex creatura, creaturam determinare Creatorem: Deum reddi otiosum, creaturam solam operosam: Pelagianismum præterea delitescere, loco gratiæ voluntatem hominis substituentem. Enimverò quod de præcursu dicitur causæ secundæ, nequaquam sequitur: Deus enim certum ordinem ponens, deinceps cum causâ secundâ juxta ejus exigentiam ab Ipso inditam, *concurrit*, non *præcurrit*, concursum tamen non *necessitat*, sed congruè ipsi causarum à DEO ipso in creatione vel regno gratiæ constitutarum indoli & suaviter cum causâ *secundâ* agit. Neque verò dependentia aliqua Creatoris à creatura potest exterebrari: Cùm enim v. gr. eventus gratiosæ voluntatis divinæ ex ordine observato suspenditur: non Deus sit dependens gratiâ sua è creaturæ voluntate, quia voluit & constituit ordinem istum sine accessione voluntatis humanæ: Deinde quod adplicationem atinet, & observationem ejus ordinis: ipse Deus, ut dictum, *concurrit*, *cooperatur*, *monet*, *hortatur* &c. tantum non tollit omnem possibilitatem resistentiæ: Unde si homo resistit & ordinem respuit, ut effectus gratiosæ voluntatis non sequatur, sequatur verò si ordo observetur: dependentia tamen DEI & operosæ Ejus gratiæ è creaturæ voluntate nulla hic est causalis, quæ observatio ordinis producat actum gratiosum in Deo *causativè*: sed intuitu obedientiæ illius ut rationis, uti actu gratiam exhibet, ita ab æterno exhibere decrevit, adedque hic non alia est dependentia, quam hæc: quod voluntatis divinæ sub ratione actus alicujus immanentis concepti relativè ad hominem aliquando detur ratio & conceptus prior, sine quo illa subtili *formalitate* concipi non potest. quæ est dependentia *ordinis*, nexus transcendentalis, & æphysicus ab ipso Deo originem trahens: illustrabimus rem exemplo speciali promissionis legalis: *Si feceris hoc, vires.* hic Deus suspendit gratiosum effectum vitæ è conditione: *Si feceris hoc*: quæ conditio si fuerit impleta, sequitur illæ gratiæ effectus, vita (quæ utique effectus gratiæ divinæ est, quia nihil est ex parte creaturæ, quod ex se & per se vita æterna statim dignum sit, unde in omni promissione Dei gratia versatur) & quemadmodum in tempore sequitur, posita conditionis impletionem, ipsa vita intuitu illius impletionis, ita ab æterno Deus decrevit (ubi ipsa Dei voluntas sub ratione actus elicitæ immanentis concipitur) quicumque facturi sint & impleturi conditionem, his vitam dono: Sicut igitur hic voluntas divinæ concipitur, præviâ Scripturâ, uti actus *elicitus immanens*, qui tamen non ita se habet, ut distinctum quid

ex parte DEI, sed realiter cum voluntate *idem est*, & cum ipso DEO, etiam si Deus ut causa illius sistatur; ita etiam ibidem illa conditio implenda sistitur, à S. Scriptura, ut causa elicitus actus, non quod physico modo & formaliter sit causa, sed quod longè eminentius & tamen ut ratio à priori se habeat, cujus intuitu vitam concedat. Porro nec illud ex sententia orthodoxa sequitur, *Creaturam determinare Creatorem* vel enim determinatio quaedam *moralis* intelligitur, qua Deus operans & operatio finis expers ad certum finem determinari dicitur à creatura: quod omninò sine blasphemia hic dici nequit, neque ex nostris hypothefibus fluit: Vel *determinatio physica* veluti, qua concursus Dei seu *influxus* indifferens nec ad speciem actus determinans, determinari dicitur ab agente homine quod denuò falsum: non enim propriè & strictè influxus divinus determinatur ad speciem actus, sed homo, cum voluntate sua determinatur à seipso, ad exercitium & speciem actus: Quamquam nec hoc quicquam periculi habeat: Si dicatur: Causam primam determinari à secundâ: nihil enim aliud innuit, quam hoc: Influxum Dei indifferentem & cooperationem cum homine, adhiberi ab ipso homine ad certam actus speciem. Ceterùm Deum nò reddi otiosum, supra ostensum est. *Pelagianisunt* quoque suspicio sine fundamento manet. Videantur loca *Chamieri, Zanchii, Walæi, Wendelini* &c. passim à nostratibus producta & confutata.

§. XX.

Premitt Fratrum vestigia è recentioribus *Abrahamus Heidanus* in *Theologia Christiana*, ubi pag. 338. commendat *Arbitrii libertatem*, cum ait: *In voluntate præcipuè imaginem quandam & similitudinem Dei reperimus.* sed, ubi ad ipsam illam libertatem devenit, haud aliam quam quæ dicitur *libertas à coactione*, designat. *In hoc, ait, libertas humana cum illa divina, convenit, quod ad id, quod nobis ab intellectu proponitur, affirmandum vel negandum sive prosequendum vel fugiendum ita feramur, ut à nulla vi externa nos ad id determinari sentiamus.* Enimverò in eò hallucinatur *Heidanus*, quod imaginis divinæ rationem ponit in eo quod ad prosequendum vel fugiendum id quod ab intellectu nobis offertur, à nullâ vi externâ cogamur: hæc enim libertas nequaquam ad imaginem Dei pertinet, quippe quæ in statu quoque lapsus obtinet, ubi sane ita prosequi aliquid possumus, ut à nulla vi externâ determinemur. Imago Dei propriè loquendo est amissa; indeque homo *spiritualiter* mortuus, præterea imago illa Dei in homine renovanda subsistit in spiritualibus, cognitione DEI, justitia & sanctitate *Ephes. 4.*

C 3.

Col. 3.

Col. 3. &c. quid verò libertas illa ad perfectiones spirituales? unde speciosior est commendatio illa libertatis in verbo quam in reipsâ. Porro cum imago divina sit id quod facultates hominis intrinsicè perficiat, quid quæso hoc perfectionis est in ipsa voluntate à nulla vi externa determinari? nihil enim amplius hoc dicit, quam negationem principii extrinseci cogentis: prout vero voluntas ejus est indolis, ut à vi externâ cogi non possit, quoad actus ut loquuntur, elicitos, in eo nihil quicquam est perfectionis nisi naturalis, omnibus competens, quæ intrinsicè motu moventur à seipsis, qui motus spontaneus per se externa Coactionis haud capax est. Itaque libertas prout spectat ad imaginem Dei in hoc potius subsistit, quod in voluntate hominis expedita & facilis erat *executio impulsus & impetus ad bonum*, vid. *Meisneri nostri Anthropol.* pag. 13. Ceterum, quando dicimus: in voluntate hominis fuisse facultatem expeditam exequendi impetum ad bonum, inclusam volumus *indifferentiam* ad bonum & malum: hoc sensu: potuisse hominem, non quidem potentia *physica* concreata, sed *remotiore* declinare ad malam, adeoque habuisse libertatem ad bonum & malum, sed per imaginem divinam, veluti pondere quodam proclivem esse factam voluntatem ad bona spiritualia, quæ adeò promptius eligere poterit. Pergit *Heidannus*: *Neque enim natura voluntatis consistit in indifferentia, quasi liberi dici non possimus, cum hic sit infimus gradus libertatis, & quedam voluntatis imperfectio*, ubi perplexè dicitur: naturam voluntatis non consistere in indifferentia, si enim *natura* sumitur adæquate pro voluntatis natura tota & integra; nequaquam dicimus voluntatem consistere in *indifferentia* sola, quin potius per duas veluti facultates illa se exerit, quarum una *sponte* altera *libere agere* intelligitur: illud, prout voluntas ipsa est, principium actionum suarum; hoc, prout voluntas positus omnibus ad agendum requisitis, ex pluribus objectis vel nulla vel aliqua eligere potest, reliqua rejicere aut uno duntaxat proposito id admittere, agere vel non agere. Utique *liberi* propriè dici non possumus, nisi in utramque, aut plures partes ferri possimus. Quod ait: hanc libertatem esse ultimum gradum libertatis: ad id respondemus: Formæ & Essentiæ rerum veluti in puncto subsistunt, libertatis humanæ propriè sic dictæ *forma constitutiva* est illa indifferentia, quæ adeò non potest dici ultimus gradus libertatis, sed est ipsa forma libertatis. Si libertas hæc sumatur in Comparatione ad Deum ejusque libertatem, dicaturque *infimus gradus*, non negamus, quod quæcunque sunt in Deo perfectio-

Conf. Theo-
logi.

1.

2.

3.

fectiones in summo & perfectissimo gradu in eo sunt, imperfectiores vero in creatura, adeoque & libertatem longe imò infinite perfectiore gradu in Deo esse quam in homine: nequaquam tamen sequitur; si detur in Deo libertas, quæ non sit *indifferentia* propriè & strictè dicta, in homine quoque talis esse poterit: quæ enim vis Consequentia ab infinito Ente & ejus natura argumentari ad creaturam? *Indifferentia & indeterminatio* in Deo quoque obtinet, si modo conceptus ab omni impuritate liberetur, ut nihil aliud in Deo denotet, quam *independentiam* Dei ab hoc effectu & ejus opposito v. g. poterat creare & non creare, E. aliqua hic est *indifferentia* eo modo ut jam explicavimus: quod ait: esse *voluntatis quandam imperfectionem*, Respondemus, in comparatione ad Deum est imperfectio quædam, quippe optio & Electio humanæ voluntatis progreditur consultando, scrutando, ratio:inando: quod imperfectio- nis est & supponit ignorantiam, sic Deus non eligit, dum v. g. inter creare & non creare eligit creare, ut demum consulat humano more, & à notiori ad ignotius procedat, in se autem non est imperfectio, per modum defectus qui abesse debebat, talem enim Deus naturam fecit. 7. Distingui debebat inrer *indifferentiam ut sic*, & eam quæ est inter bonum & malum, negatâ hâc non statim illa cadit, quæ in genere bonorum adhuc obtinet, Deo, angelis, & Electis competere potest. Neque tamen hæc ipsa *indifferentia* ratione boni & mali *imperfectio moralis* est, sic enim Deus hominem condidisset moraliter imperfectum habet enim se ut antea monuimus non per modum *potentie physice* indifferentia respectu mali, sed *metaphysice*, quæ potius *possibilitatis* rationem & titulum habet.

§. XXI.


Nicolaus Gurtlerus Institut. Theol. an. 1694. Amstelodami editis, ubi agit *de libertate hominis, officium servandi* p. 143. perniciosum errorem vocat eorum, qui 1. *liberum arbitrium in indifferentia ad utrumq; oppositorum* constituerunt 2. qui a *divina gubernatione æternum decretum sequente exemerunt liberum arbitrium*. Si eo modo explicatur uti Lutherani hæcenus explicavere, nihil perniciæ subest, nec Pelagianismi periculum metuendum. Neque illi eximunt à divinâ gubernatione liberum arbitrium sed eidem omninò subiciunt, quod vero additur à *divina gubernatione æternum decretum sequente* eximi liberum arbitrium, id utique orthodoxis iterum tribui non potest; nam sicut in tempore Deus gubernat, ita ab æterno gubernare decrevit, unde quemadmodum ipsam Dei gubernationem nihil fugere aut eidem se subducere, ita quoque ipsi illi.


69
68
67
66
6
59
58
57
52
53
54


1. illi decreto gubernationis ab aeterno nihil se subtrahere. Deus enim nō potest per naturam & conditionem, ut ita loquar, divinam, quin omnia gubernet, & gubernare ab aeterno decreverit : E. nec liberum hominis arbitrium


2. ex illo gubernationis decreto eximitur. Sed quemadmodum in tempore sub ipsum divinæ gubernationis exercitium fit, ut liberi arbitrii actus hi aut illi, certis de causis divinitus *permittantur*, alii *impediuntur*, porro ad *certos fines dirigantur*, in certam *ordinem* redigantur, & intra limites determinentur, ita ab aeterno gubernare istō modō decrevit: *permittendo, impediendo, dirigendo, ordinando, determinando, iudicando*. Num igitur, qui liberum arbitrium cum suis viribus & actibus ita subesse dicunt gubernationi divinæ, illud eidem subducunt? Idem Author sententiam *de libero arbitrio* ejusque indifferentiam ex humano deducit fastu: *Subet, inquit, ingenitus humano generi fastus libertatis terminos extendere. Et subiacere nos potestati eorum quibus multo jure subjeti sumus: similiter civibus, qui vere libertatis rationem ignorantes à legitimò Dominò desiciunt: Atque hinc sunt orti perniciosi Errores* &c. derivat è putido fonte, quod per se laticeas habet limpidos purosque è S. Scriptura & analogia Fidei, qui quid nempe de libero arbitrio ejusque *indifferentia* docent Orthodoxi. Et quomodo fieri queat ut fastus humani factus sit doctrina quæ potius Fastum deprimit & regulis obedientiæ arctius astringit? nam dum liberam quidem profiteamur voluntatem, legi divinæ tamen subjectam, tanto magis operam & studium adhibemus ubi persuasam nobis est, non necessitate quâdam fatali nos determinari ad actiones nostras, sed electionem nobis datam optionemque ac indifferentiam permissam, lege tamen obstrictos ad bonum, justum & honestum teneri. Quod si ex altera parte divinam quandam determinationem indeque fluentem necessitatem actionum nobis imaginemur, quomodo non in securitatis potius vias dilabemur, quam ut operam impendamus ei, quod adversa nobis necessitas fortè denegavit? Idem ait de indifferentia, quam antea vocaverat perniciosum Errorem, idque sine restrictione ad Pontificios, Socinianos, & Arminianos, eam infimum libertatis gradum esse, id quod supra confutavimus in *Heidano*: item, *indifferentiam ad utrumque oppositum esse* ortam à cognitionis defectu: quod falsum est: nam et si intellectus nōrit, quid honestum, quidve turpe, quid bonum, quidve melius, tamen in libertate voluntatis adhuc positum est, quid ex illis eligere & ad quid se determinare velit, quid non: unde non ex ignorantia procedit illa libertas, sed immediate voluntas à Deo itam indolem nata est, ut libere ad hoc illudve etiam satis perspectum, se determinare queat.


F I N I S.
















multa pœnitentium atque iustorum millia atrocitati manent, à quibus eos Pontifex liberare & dato Christi debuisset. Imò pari prorsus argutionem contra institutum Dei certis tantum esse, probari posset. Simile autem Alexandri regamus, omnes vitæ Christianorum dies juxta tale Sabbatum esse debere, quo ab omni opere Ecclesiæ auctoritate ad certum diem definitum modo se res habere deberet, si ex hoc simili reuelleret, etiam Jubilæi tempus rite coarctari, & non applicari. At tempus N. T. ideo Sabbatum profusis ceremoniis atque ritibus liberati, ab omni eum è contrario perpetuo colere atque laudare celebrationem diei Dominici non tollitur, omne tempore peragi potest, & à veris fidelibus quotidie inde hæc est sequela: quoniam Christiani, qui tuale Sabbatum celebrare debent, semel tantum modo atque publice divino cultui vacant: Errenarum indulgentias, quas perpetuo pœnitentret, semel tantum aut bis vel ter quolibet secu-

ximus hæctenus, totum Indulgentiarum negotium est, S. Scripturis contrariari: Quoniam uerterunt, illos, qui ex suo cœtu Indulgentias posse, negarunt, & ex antiquitate eas adstruere am infelices ea in re fecisse progressus, ut etiam *de Indulgent. Quinta Parti Notarum atque Scholæ generalium & Provincialium Decreta & Canones* edita fatetur: idcirco ex Scripturis quoque illas ex, sed successu æque infelici, prouti ipsamet dicta, allegare solent, ostendunt, ut mirum sit, Viros a non modo adducere, sed & toties eorum inuoluntate adhuc defendere, nondum erubuisse. atus supra ab Estio & Nat. Alexandro locus ex v. 26. cui hunc attribuunt sensum; quod postibus terribiles pœnæ sint expectandæ, quod equitatem à præsentis scopi alienum est, nam locus Deo conciliati peccatorum remissionem impetramo ipse contextus clarissime edocet, Apostolum